

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Dormi Secvre: Vel Cynosvra Professorvm Ac Stvdiosorvm  
Eloqventiæ,**

in qua Centvm Et Viginti Themata Oratoria. Non Solvm Stvdiosis, Sed &  
Professoribus eloquentiæ, ac pietatis veræ amantibus utilissima &  
pernecessaria explicantur ; Cum Indice rerum atq[ue] verborum locupleti

**Tympe, Matthäus**

**Coloniæ Agrippinæ, 1650**

LXV. De gloria & præmiis vitæ æternæ.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38994**

quam vitæ partem consecrare, & peccata admissa  
per veram ac seriam pœnitentiam emendare.

PERORATIO constabit adhortatione, ut considera-  
tione horum suppliciorum ad meliorem mentem  
se recipient.

*LXV. DE GLORIA SEV PRAE-  
miis Vitæ æternæ.*

**E**XORDIUM sumes à laude communis Sententia: Vide Dnscē  
peccat.  
P. Ludov.  
Granae.  
Duo æquipondia, quibus horologium huma-  
næ vitæ moveruntur, esse, præmium & pœnam. Tan-  
ta enim est nostræ voluntatis miseria, ut nemo vir-  
tutem nudam appetat, cui non est adjuncta pœna,  
vel quæ utilitate quadam non compensatur.

PROPOSITIO. Cùm nec supplicium, nec præmi-  
um possit excogitari æterna illa gloria, perpetuaq;  
pœna majus, sicut is qui ante me dixit, vos acerbitate  
& magnitudine suppliciorum Inferni à vitiis  
avocavit. ita mihi certum ac deliberatum est, vos  
magnitudine & voluptate gaudiorum Regni cœ-  
lestis ad virtutes invitare, ut ita his duobus remis  
periculum procellosi hujus maris enavigemus.

PARTITIO. PRIMÒ, *conjecturis* quibusdam vos  
in aliqualem cognitionem pulchritudinis ac divi-  
tarum cœli deducam. SECUNDÒ, Dignitatem, &  
magnitudinem Regis, qui illic cum omnibus Ele-  
ctis habitat adumbrabo.

CONFIRMATIO I. partis. PRIMA conjectura est fe-  
nus, ob quem Deus locum istum ædificavit, ut per  
illum manifestaret suam gloriā. In cœlo enim sin-  
gulari quodammodo dignitas, amplitudo, & ma-  
gnificentia illius relucet. Ut Rex Assuerus, qui re-  
gnabat super centum vinti septem Provincias  
grande fecit conviuū, ut ostenderet divitias glo-  
riæ Regni sui, & magnitudinē potentiaz suæ: sic su-  
premus ille Rex decrevit celeberrimum facere  
Prov. 10  
Estb. 1.

COR-

convivium in celo per omnem æternitatem, ostendat in illo immensitatem divitarum suarū, sapientiæ, liberalitatis & bonitatis suæ.

**SECUNDA Conjectura est**, quia non præparavit domum hanc suo duntaxat honori, sed ad gloriam etiam & honorem omnium suorum Electorum. *Hic proba*, quam sit Deus solitus ad honorandum amicos suos quibus contulit etiam in hac valle lachrymarum dominium in omnes creaturas. *Josue 10.* dicitur Deus obedivisse vocihominis: umbra Petri tantam virtutem donavit, ut quoscunque infirmos obumbraret, eos in columitati pristinæ restitueret.

**TERTIA**, quia premium quod liberalissimus Deus exigit pro tanta gloria, est mors & sanguis Unigeniti Filii sui (Non nisi, pro morte Dei, data est homini divina vita, pro Dei dolorib⁹, cælesti gaudium:) & quia ab homine pro hac gloria exigit, ut tollat crucem suam, oculum dextrum eruat & abjiciat, si quod ipsi det scandalum, & relinquat partem matrem, & omnes res creatas, si quid divinis contrarium mandatis velint persuadere.

**QUARTA**, quia si in hac regione mortuorum creature sunt tam nobiles, quales erunt in terra viventium? & si magnifica sunt, quæ in hac vita dedit ingratissima, quanta erit gloria, quam in futura vita dabit Electis?

**QUINTA**, quia est habitatio non seruorum, sed filiorum; non pecudum, sed beatarum mentium. Est aula magno illius Regis Regum. *Hic licebit attingere* multitudinem civium cælestis patriæ, exc. 7. *Dan. &c. 15. Apoc.*

*Ab hac accidentalis gloria transibis ad esse*ntialem, sine ulla comparatione majorem, quæ consistit in visione & possessione ipsius Dei, de qua S. Augustinus. Premium, ait, virtutis ipse erit, qui virtutem dedit, qui videbitur sine fine, amabitur sine fastidio, *lau.*

*Ez. 25.  
Et facite,  
&c.*

*Dan. 12.  
Vide Trium-  
phum, seu  
Pramia Vir-  
ginium.*

*Apoc. 4.  
Psal. 83.*

*laudabitur sine molestia.* Hic licet sit unum & simplicissimum bonum, tamen omnes omnium rerum idque summa eminentia, concludit perfectiones. In hoc speculo videbitur lepor & venustas omnium creaturarum, &c. Si inquam, nobis grata est pulchritudo, Deus est, cuius pulchritudinem sol & luna admirantur. Si appetis nobilitatem, ipse est fons & origo totius nobilitatis. Si cupis sacietatem & abundantiam, in ipso summa est bonorum omnium &c.

*In CONCLUSIONE horreaberis.* Auditores, ut relata Ägypto aspirent ad terram promissionis, ad quam creati sunt: cogitent quid Sancti fecerint, utiliam glotiam consequerentur, & cum S. Augustino dicant: *Si quotidie oporteret nos tormenta perferre, si istam gehennam longo tempore tolerare, ut Christum in gloria sua videre possimus, & Sanctis eius sociis, nonne dignum esset pari omne quod triste est, ut tanti bonitatis & gloria participes habeamur?*

*In Manuali  
cap 17.*

*LXVI. COMMENDATIO PRUDEN-*  
*tissimi & fortissimi facinoris, quo Daniel Su-* *Dan. 18.  
fannam adulterii absolvit, & senes accusa-*  
*tores ejusdem convicit, per sex re-*  
*rum attributa.*

*E*XORDIUM duces à tua & Auditorum persona. Quod adolescens ipse inter adolescentes de Danielis prudentissimo & fortissimo facto, quo Susannam innocentem defendit & à turpissimo mortis genere libertavit, dicere decreveris, ut ejusmodi exemplo omnes ingenui adolescentes ab inconveniente ætate justitiam, prudentiam, fortitudinem, & temperantiam discant exercere. Omnes enim virtutes in unico hoc facinore apparent; Iustitia, & Prudentia, cum justissimi, & prudentissimi iudicio officio functus est; Fortitudo, cum fortis animo